

dei Battesimi e Matrimonj. Alessandro Mantoane fu delegato giudice dal Doge Domenico Contarini, ed egli in data 29 Luglio 1673 così sentenziò. *In nomine &c. Per hanc nostram definitivam Sententiam, quam de juris peritorum consilio ferimus in his scriptis, in Causa & Causis per viam delegationis coram vertent. inter adm. RR. DD. Basili- canos & Canonicos prædictæ Ducalis Ecclesiæ ex una, & adm. RR. DD. Canonicos Sacristas ejusdem Ecclesiæ partibus ex altera, de & super emolumen- tis cerarum & pecuniarum obvenientibus occasione Baptis- matum & Matrimoniorum de quibus in Actis. Vi- sa commissione prædicti Ser:mo^m Dñ Ducis diei 16 mensis Martii proxime decursi: visis Actis; atten- tis petitionibus hinc inde projectis, petitionibus & responsonibus respective datis, processibus & præ- sentim sententiis in ipsis contentis, altera diei 24 mensis Februarii 1616, & altera diei 16 Junii 1620, auditis partim advocatis etiam in allegatio- nibus juris, visisque videndis, & consideratis merito considerandis, Xⁱ nomine repetito, a quo cun- cilia procedunt recta judicia: Dicimus, decernimus, declaramus, pronunciamus, & definitive sententia- mus, suprascriptos D. D. Sacristas fore & esse absolvendos & liberandos ab impetitis per DD. Ba- silicanos & Canonicos, prout absolvimus & libera- mus, emolumentaque tam cerarum quam pecuniarum cuiuscumque quantitatis percepta, ac de cetero quo- modolibet percipienda occasione Baptismatum & Ma- trimoniorum spectare ad prædictos DD. Sacristas Ca- nonicos, privative quoad DD. Basilicanos & Cano- nicos, quibus imponimus perpetuum silentium super præmissis, non obstantibus per eosdem dictis, dedu-*